

[43] Ac multī quidem et nostrā et patrum māiōrumque memoriā, iūdicēs, summī hominēs et clārissimī cīvēs fuērunt, quōrum cum adulēscēntiae cupiditatēs dēfervissent, eximiae virtūtēs firmātā iam aetate exstitērunt. Ex quibus nēminem mihi libet nōmināre; vōsmet vōbīscum recordāminī. Nōlō enim cūiusquam fortis atque illūstris virī nē minimum quidem errātum cum māximā laude coniungere. Quod sī facere vellem, multī ā mē summī atque ōrnātissimī virī praedicārentur, quōrum partim nimia libertās in adulēscēntiā, partim profūsa luxuriēs, māgnitūdō aeris aliēnī, sūmptūs, libīdinēs nōminārentur, quae multīs postea virtūtibus obtēcta adulēscēntiae, quī vellet, excūsātiōne dēfenderet.

[43] En er zijn zeker vele, zowel volgens ons geheugen en in dat van onze vaders en voorvaderen, hoogstaande mensen en zeer vooraanstaande burgers geweest, wier uitzonderlijke kwaliteiten, nadat de verlangens van hun jeugd tot rust waren gekomen, omhoog zijn gekomen, toen ze eenmaal volwassen waren geworden. Van hen wil ik niemand noemen; u moet [*die*] zelf bij uzelf weer voor de geest halen. Want ik wil zelfs niet de kleinste fout van welke dappere en beroemde man met de grootste lof verbinden. Maar als ik het zou willen doen, zouden vele hoogstaande en zeer voortreffelijke mannen door mij openlijk worden vermeld, van wie van sommigen een te grote bandeloosheid in hun jeugd, van anderen een onmatige zucht naar weelde, een grote omvang van hun schuld, hun uitgaven [*en*] wellustige uitpattingen genoemd zouden kunnen worden, dingen die, omdat ze later door vele kwaliteiten zijn bedekt, *door wie* [*daf*] maar zou willen met het excuus van de jeugd *zouden worden verdedigd*.